DISPUTATIO JURIDICA,
De
CONCUBI-NATU,

Quam

Divina adſpirante gratiâ

Sub

PRÆSIDIO

Viri Ampliſſimi & Conſultiſſimi

DN. CONRADI CARPZOVII,

J.U.D. & Cod. Profeſſ. Publ. Curiæ Electoralis, Conſiſtorii Eccleſiaſtici nec non Facult. Juridicæ Adſeſſoris, Præceptoris, Promotoris ac Hoſpitis ſui jugi obſervantiæ cultu æviternùm proſequendi,

Publico Examini ſubjicit

JOACHIM. Hammermeiſter/

S. Neo-Marchita.

Ad d. 28. Octobr. horis matut. in Auditorio JCtorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

WITTEBERGÆ,
Ex Typographéo CHRISTIANI THAM,
Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXV.

Antiquæ Nobilitatis proſapiâ Germanæq́ Virtutis adoreâ conſpicuis

Illuſtriſſimæ Viduæ Coswiga-Anhaltinæ ab officiis aulicis primariis

HENRICO à Rödern in Crackow.

NEC NON

WOLFF-MAGNO Löſern/ Hereditario in Lebuſa/ Schönaw & Colpin/ &c.

Amicis & Fautoribus ſuis honorandis.

Promiſſi memor

Hanc Diſputationem Juridicam

D. & D.

Joachim Hammermeiſter.

In Nomine Domini Noſtri JESU CHRISTI.

THESIS I.

QUemadmodum nonnunquam in Republ. nonnulla permittuntur, quæ, ſi cum perfectis viveretur, locum non haberent; Sic Concubinatus permiſſus fuit, non quod eam conjunctionem Legumlatores probarent, ſed ut connivendo majoribus periculis obviam irent. *Coraſ. lib. 1. miſc. jur. Civil. c. 3. n. 5. & ſeqq Valent. Forſt. de Succeſſ. lib. 6. c. 3. n. 3. VVeſenb. in Parat. de Concub. n. 2.*

II.

Concubinatus nomen à concumbendo ſive Concubitu derivatum eſſe, manifeſtum eſt; & cum Concubina legitimam imitata ſit uxorem & loco uxoris erat, in antiquis inſcriptionibus Viceconjunx appellatur, teſte Cujac. *in Parat. ff. de Concub.* Eam παλλακὴν Græci vocant *l. libro memorabil. 144. & ibi Gœdd. ff. de V. S.*

III.

Eſtque Concubinatus cohabitatio cœlibis cum muliere citra conjugalem affectum. *Vid. VVeſenb. Parat. ff. de Concub. n. 2. Gœdd. ad d. l. 144. n. 2. & 7. Althuſ. in Dicæolog. lib. 1. cap. 79. n. 37.*

IV.

Jure Civili veteri Concubinatum permiſſum fuiſſe dubio caret. *tot. tit. ff. & C. de Concub.* nec Jure Juſtinianeo interdictum ſufficienti argumento ſunt multæ Juſtiniani Conſtitutiones *l. humanitatis 8. l. 9. l. 10. 11. & 12. C. de natural. lib. Nov. 18. c. 5. N. 74. & 89. Val. Forſt. de Succeſſ. lib. 6. c. 4. Paul. Buſ. ad l. fin. ff. de Concub.* Leo autem Philoſophus in N. 91. concubinatum damnavit.

V.

De Jure Canonico Concubinatum prohibitum eſſe vulgò traditur: Verius tamen videtur, Jure etiam Canon. Concubinatum tolerari. *can.17. Concilii Toletani c.is qui non habet 4. & c. Coriſtiano 5. diſt.34. Val. Forſt. d.lib.6.c.5.*

VI.

Hodierna totius ferè Germaniæ conſuetudine Concubinatus abrogatus eſt, & verus Concubinatus non datur, ultra infamiam etiam à Magiſtratu punitur. Landsordn. Anno 50. tit. Von verdächtigen vnd leichtfertigen Weibsperſonen fol.45. Idq; laudabiliter factum eſſe, non dubitare licet, cum & divino jure Concubinatus improbetur. *1. Cor. 7. ad Hebr. 13. v. 4. Decian. in Tr. Crim. lib.6.c.21. n.5. & 25. Ant. Gomez. in l. tauri 80. n.4. Menoch de Arb. jud. quæſt. lib.2. caſ.418. n.14. & ſeqq. Proſſ. Farin. de Delict. Carn. q.138. p.1. n.27.*

VII.

In multis matrimonii & Concubinatus ſimilitudo eſt, unde & conjugium; ſed inæquale, *l. ſi qu. 3. C. de natural. lib.* item ſemimatrimonium & ἡμίγαμος dicitur, *ex Zonara Cujac. in Paiat. C. de Concub. Gœdd. ad l. 144. ff. de V. S.* Et quidem, ut minor 12. annis uxor duci non poteſt, ita neq; Concubina *l.1. §. fin. ff. de Concub. Franc. Conn. Comm. jur. Civ. lib.8. c.13. n.1.*

VIII.

Deinde ſicut Polygamia divinis & humanis LL. improbatur, ut nemini plures uxores ſimul habere liceat, *§. adjiciatur. §. ſororum. I. de nupt. l. neminem. 2. C. de inceſt. & inutil. nupt.* Ita neque Concubinas plures, vel Concubinam cum uxore, *l. ex ea 121. §. mulier 1. ff. de V. O. l. ſi qu. 3. C. Comm. de manumiſſ. l. un. C. de Concub. VVeſenb. in Par. ff. de Concub. n. 3.*

Item quemadmodum à noverca, id eſt, ſecunda patris uxore, filio ſive privigno abſtinendum eſt, ita & à Concubina patris, quia propè nefaria eſt hujuſmodi conjunctio *l. . §. ſi qua 3. ff. de Concub.* & res minus religioſa & probabilis *l. liberi 4. C. de Nupt.* Unde & filius qui Concubinam patris cognoverit, jure exheredari poteſt, *N. 115.*

X. Por-

X.

Porrò ſicut uxor cum alio rem habens committit adulterium, ita & Concubina poteſt accuſari adulterii, non quidem jure mariti, ſed jure extranei. *l. ſi uxor 13. in pr. ff. de adult.*

XI.

Sic, ut matrimonium, ita concubinatus inter eos tantùm *§. fin.* conſiſtit, qui jure ſanguinis aut adfinitatis non jungnntur *Inſt. de nupt. §. ſui a. l. de hered. quæ ab inteſt. def. l. liberi 4. C. de nupt. l. 5. 6. 7. 10. 11. C. de natural lib. N. 89. c. 8. N. 117. c. 2. l. 1. §. 3. ff. de Concub.*

XII.

Item ſicut furore ſuperveniente matrimonium non ſolvitur, niſi nimis ſævus ſit, *l. ſi cum 22. §. ſi maritus 7. ff ſol. matr.* ita nec concubinatus. *l. 2. ff. de Concub.*

XIII.

Denique quemadmodum Vaſallus, ſi Dominum cucurbitaverit, feudum amittit. *t. 5. §. Item ſi fidelis. t. 21. §. fin. verſ. vel ſi concubuerit lib. 1. F. Dnar. de feud. c. 14. n. 11. Sonsb. p. 12. n. 16. Borch. de Feud. c. 8. n. 9. Vult. c. 11. n. 31.* Ita &, ſi cum Concubina Domini ſui concubuerit, feudo privatur, *Alvar. Prapoſ. & Matth. de Aſflict. c. 1. §. 1. quib. mod. feud. amit. Jac. de S. Georg. verb. qui quidem inveſtit. n. 19. & verb. dicti ꝫ Vaſalli n. 29. Curt. in tr. feud. p. 4. n. 21. Zaſ. in Tr. feud. p. 10. n. 27. quos allegat. & ſeq. Schrad. in Tr. feud. p. 9. c. 2. n. 14.*

XIV.

Potiſſimùm autem Concubina ab uxore ſolo dilectu ſeparatur, *Paul. lib. 2. ſentent. tit. 20.* Id eſt, animi deſtinatione, ex qua ſola Concubinam æſtimari oportet. *l. Concubinam 4. ff. de Concub. l. donationes 31. ff. de donat:* & debet vir Concubinam in domo retinere affectione concubinatus, *Valent. Forſt. de ſucceſ. lib. 6. c. 7. n. 3. Proſp. Farinac. de Delict. carn. q. 138. p. 1. n. 10.*

XV.

Quamvis etiam uxor particeps fiat omnium honorum mariti. *l. fin. C. de Incol. l. mulieres 13. C. de dignit.* Idem tamen de Concubinis dici non poteſt; dignitate enim Concubina & uxor differt *l. item 49. §. parvi 4. de legat. 3. Gœdd. ad l. 144 ff. de V. S. n. 8.* Concubina tamen ut uxor tractari debet in cohabitatione, veſtitu & indubi-

indubitato affectu, idq; vicinis ſcientibus & audientibus. *Bart. in l. ex facto 17. § ſi quis rogatus ff. ad SC. Trebell. Guilielm. Benedict. in c. Raynutius, in verbo, & uxorem &c. n. 105. quos allegat Forſt. d. c. 7. n. 3.* Et cohabitatio debet eſſe talis, ut inſimul vivant & commenſales ſint, *Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 341. n. 3. & n. 22. Farin. de delict. Carn. q. 138. p. 1. n. 8.*

XVI.

Ex uxore juſti liberi ſuſcipiuntur, qui in poteſtate patria ſunt, *pr. Inſt. de Patr. pot.* Ex Concubina tantùm naturales. *t. t. C. de nat. lib.* quamvis per ſubſequens matrimonium, & aliis modis legitimi fieri poſſint, *§ aliquando Inſt. de Nupt. N. 89. t. t. Ext. qui filii ſint legitimi.*

XVII.

Et quidem per ſubſequens matrimonium liberi naturales legitimantur, etiamſi in articulo mortis fuerit contractum, *arg. c. literaturam 3. de Voto & voti redempt. Borch de gradib. c. de ſucceſſ. lib. per ſubſeq. matrim. Hackelm. Illuſtr. quæſt. Diſp 1. th. 22. lit. b* Ad matrimonium autem per quod legitimatio fieri debet, dotalia inſtrumenta requiri, verius videtur, *§. fin. Inſt. de Nupt. l. cum quis & l. nuper C. de natural. lib. N. 12. c. 4. N. 16. c. 11. N 74. c. 4. vid. Fach. 3. contr. 51. Donell. 2. comm. 21. Cujac. 13. obſ. 4. Hackelm. d. Diſp. 1. th. 22. lit. f.*

XVIII.

Eſt & illa inter matrimonium & concubinatum differentia, quod inter conjuges prohibita ſit donatio conſtante matrimonio, *t. t. ff. de donat. inter vir. & ux.* & ſic uxori donare non licet; concubinæ tamen donare conceſſum eſt, *l. hac ratio 3. §. videamus; l. ſi prædia 58. ff. de donat. int. vir. & ux. l. donationes 31. ff de donat. l. ſi ancillam. 2. C. de donat. inter vir. & uxor. Franc. Connan. comm. jur civ. lib. 8. num. 2.*

XIX.

Sic furti actio locum habet contra concubinam; at rerum amotarum contra uxorem agendum eſt poſt divortium, *l. ſi Concubina 17. ff. de act. rer. amot.* cùm enim, uti ſupra habetur, in Concubina nulla ſit dignitas, ei parcendum non erit.

XX.

Naturales liberi ex Concubina nati, ſi pater eorum aliàs habeat

beat liberos benè natos, ſive juſtos, patri non ſuccedunt; ex bonis tamen paternis arbitrio boni viri, educari & ali de bent. *A. licet, C. de natural. lib.*

XXI.

Quod ſi pater naturalis nullos habeat liberos juſtos, ſed ſolos naturales; ihi in ſextantem. id eſt, in duas uncias hæreditatis ejus ſuccedunt. Sin autem adhuc vivat mater naturalis, ea cum liberis naturalibus admittitur ad ſucceſſionem in capita. hoc eſt, ut illum ſextantem, ſive duas uncias æqualiter cum ipſis dividat pro numero perſonarum; in reliquas decemuncias ſuccedent agnati & cognati defuncti *d. A. licet C. de nat. lib. N. 18. c. 5. & 89. c. 12. Val. Forſt. de ſucceſſ. lib. 6. c. 10.*

XXII.

In ſucceſſione materna inter liberos naturales & legitimos nulla eſt differentia, ſimul enim matri ſuccedunt. *l. pen. C. ad SC. Orfit.* eum enim vulgò quæſiti ad ſucceſſionem maternam admittantur. *§. noviſſimè Inſt. de SC. Orfit.* meritò naturales, quorum conditio melior eſt, admittendi erunt. *Val. Forſt. de ſucceſſ. lib. 6. c. 11. 6 oncl. 1.*

XXIII.

Etſi autem ex Concubina nati propriè naturales appellentur, conſuetudine tamen & illi, qui ex libera fœmina, quam quis impotentia amoris victus compreſſit, nati ſunt, naturales dicuntur, appellantur etiam quibusdam in locis Jungfraw Kinder/ ut Græci παρθενίους eos vocabant; item, Baſtardi, quaſi Böſzart/ id eſt. degeneris indolis ſeu ingenii, *poſt Cujac. ad N. 18. & Borh. in Tr. de gradib. rubr. de ſucceſſ. lib. nat. p. 187. Rittersh. ad N N. p. 7. c. 5. n 2.* Et ſic quoad effectū legitimationis naturales hodiè haberi poſſunt.

XXIV.

Ejusmodi autem naturales, uti & ſpurii turpes perſonæ non ſunt; ne facti quidem infamiâ laborare verius eſt. *Palaeot. in tr. de nat. c. 19. Thoming. in decis. illuſtr. quaſt. 48. n. 30. & ſeqq. Fachin. lib. 4. controverſ. c. 93. Hartm. P ſtor. lib. 1. quæſt. 30.* Unde illud: Quod fraternum teſtamentum in quo naturalis vel ſpurius heres inſtitutus eſt, per querelam inofficioſi non reſcindatur.

XXV.

XXV.

Poſſunt & liberi naturales Reſcripto Imperatoris vel Papæ legitimari, quando eos Imperator vel Pontifex ſupplici libello rogatus per ſe, vel per Comites Palatinos, legitimos eſſe jubet *N. 74. c. 2. N. 89. c. 9. c. per venerabilem, ext. qui filii ſint legitimi. Andr. Gail. lib. 2. obſ. pract. 142. in pr. & n. 3. & 9.*

XXVI.

Ad quam legitimationem requiritur ut pater liberos naturales ejusmodi per ſubſequens matrimonium legitimare nequeat, vel ob mortem præmaturam mulieris matris illorum, vel quod ea mulier ſe occultarit, aut cum alio rem habuerit; item ut Pater naturales alios legitimos liberos non habeat. *N. 89. c. 9. N. 74. c. 2.* Requiritur etiam liberorum naturalium conſenſus. *N. 89. c. 11.*

XXIV.

Illud claudat: Filios per ſubſequens matrimonium legitimatos in feudum ſuccedere. *Curt. Jun. in Tr. de Feud. p. 3. m. 1. n. 41: Jul. Clar. in §. feudum q. 82 n. 4. Mynſing. C. 5. obſ. 42. Schrad. Tr. feud. p. 7. c. 5. n. 21. Hartm. Piſtor. lib. 2. queſt. 4. n. 1. Gail. lib. 2. Obſ. 141. n. 2. Schneidew. Tr. de feud. p. 6. n. 3 Weſenb. de feud. c. 6. n. 9. Roſenthal. in tract. feud. c. 7.*

DEO, à quo omnia, ſit gloria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE